
LECTORI S.

SAEPÈ optavi, ut aliquis è veteranis Theologis adornaret huiusmodi Logicam, qualem ego hìc delineavi potius quàm elaboravi. Etsi enim Andreas Hyperius superiori seculo edidit Topica theologica: non tamen eâ methodo est usus, quae à viris doctis desideratur. Nimirum sic adornare oportet Logicã Theologicam, ut primò in genere monstretur methodus argumentandi, deinde in singulis locis communibus tradantur canones formantes iudicium in disputationibus. Ego hìc fregi primam glaciem. Tu Lector candidè, iudica quid praestiterim, & hoc ensibiridium tuâ industriâ redde locupletius.

CA.